

sideret. Vtcunq; est, ego halofachnen Germanicè commodiùs cenfeo vocari debere *Salzblumen*, cum distinctione siue additiõe superiùs expressa: vel cum *Ge. Agricola*, siccam maris spumam, *Trochnen Meerschäum*.

Ad remedia quidem halofachne si requiratur, cum eandem sali vim habeat Dioscoride teste: salem, potissimum verò spumam eius, id est leuissimam partem, vel stiriam salis dictam, cuius mentio à nobis facta est in *Halo santho*, substituemus: pro adarce verò ad exterenda cutis vitia, alcyonij prima vel secunda specie, aut sulfure duab; partibus, salis vna vtemur. Sulfur terebinthinæ mixtum, lepræ, & impetigini medet; & cum aceto quoque lepras ac vitiligines tollit. Et sal cum oleo acetoq; inunctus iuxta igne ad sudore vsq;, impetiginem, scabiem & lepram curat. Hæc quidem cum nunquam nobis desint, adarce & alcyonio facile carebimus. Sulfuris ve-